

Thomae de Aquino

Collationes in Orationem Dominicam

Prooemium

1027. – [...] Dicit ergo,

„Pater“

1028. – Nota hic duo, [1] quomodo scilicet Pater sit, [2] et quid debemus ei, quia Pater est.

[1] Dicitur autem Pater

[1.1] ratione specialis creationis, quia creavit nos ad imaginem et similitudinem suam quam aliis creaturis inferioribus non impressit. *Deut.* XXXII,6: „Ipse est Pater tuus, qui fecit et creavit te.“

[1.2] Item ratione gubernationis: quanquam enim omnia gubernet, nos tamen gubernat ut dominos, alia ut servos. [...] *Sap.* XII,18: „Et cum magna reverentia disponis nos.“

[1.3] Item ratione adoptionis: quia aliis creaturis dedit quasi munuscula, nobis autem hereditatem, et hoc quia filii; sed si filii et heredes. *Apostolus, Rom.* VIII,15: „Non accepistis spiritum servitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater“.

1029. – [2] Debemus autem nos ei quatuor.

[2.1] Primo honorem. *Mal.* I,6: „Si ego Pater, ubi est honor meus?“. Qui consistit in tribus.

[2.1.1] In laudis datione quoad Deum. *Psal.* XLIX,23: „Sacrificium laudis honorificabit me“: quae non solum debet esse in ore, sed etiam in corde. *Isai.* XXIX,13: „Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me“.

[2.1.2] In corporis puritate quoad seipsum. *I Cor.* VI,20: „Glorificate et portate Deum in corpore vestro.“

[2.1.3] In iudicii aequitate quoad proximum. *Psal.* XCVIII,4: „Honor regis iudicium diligit.“

Thomas von Aquin

Auslegungen zum Herrengebet

Vorwort

1027. – [...] Es ist also gesagt:

„Vater“

1028. – Hier ist ein Zweifaches zu bedenken: [1] auf welche Weise er Vater ist, und [2] was wir ihm schulden, weil er unser Vater ist.

[1] Er heißt aber „Vater“

[1.1] wegen der besonderen Weise der Erschaffung; denn er hat uns geschaffen nach seinem Bild und Gleichnis, das er den übrigen Geschöpfen nicht aufgeprägt hat. „Er ist dein Vater, der dich gemacht und geschaffen hat“ (*Dtn* 32,6).

[1.2] „Vater“ heißt er auch wegen der Weise der Herrschaft: Gott beherrscht zwar alle Dinge, uns aber beherrscht er wie Herren, die übrigen Dinge beherrscht er wie Sklaven: [...] „Mit großer Ehrfurcht gebietest du über uns“ (*Weish* 12,18).

[1.3] „Vater“ heißt Gott endlich, weil er uns angenommen hat. Den übrigen Geschöpfen hat er sozusagen bloß kleine Geschenke gegeben, uns aber das Erbe, weil wir die Söhne sind: wenn aber Söhne, dann auch Erben. „Ihr habt nicht in der Furcht den Geist der Knechtschaft empfangen, sondern den Geist der Sohnschaft, in dem wir rufen: Abba, Vater“ (*Röm* 8,15).

1029. – [2] Wir schulden aber Gott ein Vierfaches.

[2.1] Erstens Ehrung: „Wenn ich der Vater bin, wo ist dann meine Ehre“ (*Mal* 1,6).

[2.1.1] Die Ehrung Gottes liegt zunächst darin, daß wir Gott loben: „Das Opfer des Lobes ehret mich“ (*Ps* 50 [49],23); und dies Lob Gottes muß nicht nur auf den Lippen, sondern auch im Herzen wirklich sein: „Dies Volk ehrt mich mit den Lippen, sein Herz aber ist weit weg von mir“ (*Jes* 29,13).

[2.1.2] Die Ehre Gottes liegt ferner in der Reinheit des Leibes: „Ehret Gott und traget ihn in eurem Leibe“ (*1 Kor* 6,20).

[2.1.3] Und endlich liegt die Ehre Gottes in der Gerechtigkeit des Urteils über den Nächsten: „Die Ehre des Königs liebt das gerechte Urteil“ (*Ps* 99 [98],4).

1030. – [2.2] Secundo debemus ei imitationem, quia Pater est. *Ier.* III,19: “Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis”: quae perficitur in tribus.

[2.2.1] In dilectione. *Ephes.* V,1: “Estote imitatores Dei, sicut filii carissimi, et ambulate in dilectione”: et hoc oportet esse in corde.

[2.2.2] In miseratione. Dilectio enim debet esse cum miseratione. *Luc.* VI,36: “Estote ergo misericordes”: et hoc debet esse in opere.

[2.2.3] In perfectione. Quia dilectio et miseratio debet esse perfecta. *Matth.* V,48: “Estote perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est.”

1031. – [2.3] Tertio debemus ei obedientiam. *Hebr.* XII,9: “Multo magis obtemperabimus Patri spirituum.” Et hoc propter tria.

[2.3.1] Primo propter dominium: ipse enim est Dominus. *Exod.* XXIV 7: “Omnia quae locutus est Dominus, faciemus, et erimus obediens.”

[2.3.2] Secundo propter exemplum: quia verus Filius factus est Patri “obediens usque ad mortem”, ut dicitur *Philip.* II [8].

[2.3.3] Tertio propter commodum: II *Reg.* VI,21: “Ludam ante Dominum qui elegit me.”

1032. – [2.4] Quarto debemus ei patientiam in castigationibus. *Prov.* III,11-12: “Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias, nec deficias, cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi.”

“Noster”

1033. – Ex hoc autem ostenditur quod duo debemus proximis.

[1] Primo amorem, quia fratres nostri sunt, nam omnes sunt filii Dei: I *Ioan.* IV,20: “Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?”

[2] Item reverentiam, quia filii Dei sunt. *Mal.* II,10: “Nunquid non Pater unus omnium nostrum? Numquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque vestrum fratrem suum?” *Rom.* XII,10: “Honore invicem praevenientes.” Et hoc propter fructum, quia ipse “factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae”, *Hebr.* V,9.

1030. – [2.2] Zweitens schulden wir Gott Nachahmung, weil er unser Vater ist: „Du wirst mich Vater nennen, und du wirst nicht aufhören, in meiner Spur zu gehen“ (*Jer* 3,29).

[2.2.1] Die Nachahmung vollendet sich erstlich in der Liebe: „Seid Nachahmer Gottes wie auch seine geliebten Söhne, und wandelt in der Liebe“ (*Eph* 5,1); die aber muß im Herzen sein.

[2.2.2] Die Nachahmung Gottes liegt ferner in der Erbarmung; denn die Liebe muß barmherzig sein: „Seid erbarmenden Herzens“ (*Lk* 6,36); das aber ist auf das Tun bezogen.

[2.2.3] Die Nachahmung Gottes liegt endlich in der Vollkommenheit der Liebe und Erbarmung: „Seid vollkommen wie euer Vater im Himmel vollkommen ist“ (*Mt* 5,48).

1031. – [2.3] Drittens schulden wir Gott Gehorsam: „Um wieviel mehr werden wir dem Vater der Geister gehorchen“ (*Hebr* 12,9).

[2.3.1] Wir müssen Gott zuerst gehorchen wegen der Herrschaft; denn Gott ist der Herr: „Alles, was der Herr gesagt hat, werden wir tun, und wir werden ihm gehorsam sein“ (*Ex* 24,7).

[2.3.2] Wir müssen ihm ferner gehorchen wegen des Beispiels, weil sein wahrer Sohn dem Vater „gehorsam geworden ist bis zum Tode“ (*Phil* 2,8).

[2.3.3] Wir müssen ihm endlich deswegen gehorchen, weil es ihm so gefällt: „Ich werde spielen vor dem König, der mich erwählt hat“ (*2 Kön* 6,21).

1032. – [2.4] Viertens schulden wir Gott Geduld in der Züchtigung: „Mein Sohn, verschmähe nicht die Zucht des Herrn, und werde nicht mutlos, wenn du von ihm gezüchtigt wirst. Wen nämlich der Herr liebt, den züchtigt er, und wie ein Vater an dem Sohne hat er sein Wohlgefallen“ (*Spr* 3,11f).

„Unser“

1033. – Daraus wird uns kund, daß wir unseren Nächsten ein Zweifaches schuldig sind.

[1] Erstens die Liebe, weil sie unsere Brüder sind: denn alle sind sie Söhne Gottes: „Wer seinen Bruder nicht liebt, den er sieht, der kann Gott nicht lieben, den er nicht sieht“ (*1 Joh* 4,20).

[2] Zweitens schulden wir den Nächsten Ehrfurcht, weil sie Söhne Gottes sind. „Ist nicht einer unser aller Vater? Hat nicht ein Gott uns geschaffen? Warum also betrügt ein jeder von euch seinen Bruder?“ (*Mal* 2,10). „Kommt einander mit Achtung zuvor“ (*Röm* 12,10); und das um der Frucht willen, denn er selbst „ist für alle, die ihm gehorchen, der Urheber des Ewigen Lebens geworden“ (*Hebr* 5,9).

„Qui es in caelis“

1034. – Inter cetera quae oranti sunt necessaria, fiducia plurimum valet. *Iac.* I,6: „Postulet autem in fide, nihil haesitans.“ Unde Dominus nos orare docens, ea praemittit ex quibus in nobis fiducia generetur: scilicet ex benignitate Patris: unde „Pater noster“ dicit, secundum illud *Luc.* XI,13: „Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester caelestis de caelo dabit spiritum bonum petentibus se?“ Et ex magnitudine potestatis: unde dicit, „qui es in caelis“. Unde *Psal.* CXXII,1: „Ad te levavi oculos meos qui habitas in caelis.“

1035. – Potest autem hoc ad tria pertinere.

[1] Primo quidem ad orantis praeparationem: [...] ut intelligatur, in caelis, hoc est in caelesti gloria, [...] Et haec praeparatio debet esse per caelestium imitationem, quia filius debet imitari patrem. Unde dicitur *I Cor.* XV,49: „Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis.“

[2] Item per caelestium contemplationem: quia homines solent frequentius cogitationem dirigere ubi habent patrem et alia quae diligunt, secundum illud *Matth.* VI,21: „Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.“ Unde dicebat Apostolus *Philip.* III,20: „Nostra conversatio in caelis est.“

[3] Et per caelestium intentionem, ut ab eo qui in caelis est, non nisi caelestia quaeramus, secundum illud *Coloss.* III,1: „Quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est.“ [...]

1. Sanctificetur nomen tuum

1044. – Haec est prima petitio, in qua petitur ut nomen eius in nobis manifestetur et declaretur.

[1] Est autem nomen Dei primo mirabile, quia in omnibus creaturis mirabilia operatur: unde Dominus in Evangelio *Marc.* ult. [XVI],17: „In nomine meo Daemonia eiicient, [...]

„Der du bist im Himmel“

1034. – Unter allen Dingen, die dem Betenden vonnöten sind, gilt am meisten das gläubige Vertrauen: „Er soll beten im Glauben, ohne zu zweifeln“ (*Jak* 1,6). Und darum schickt der Herr, da er uns beten lehrt, das voraus, wodurch in uns das gläubige Vertrauen entstehen soll. Es ist das zuerst die Gütigkeit des Vaters; darum sagt er: „Vater unser“ gemäß dem Wort des *Lukas-Evangeliums*: „Wenn ihr, die ihr böse seid, euren Kindern Gutes zu geben wisst, wieviel mehr wird dann euer himmlischer Vater den guten Geist denen geben, die ihn bitten“ (*Lk* 11,13). Das andere ist die Größe seiner Macht; darum sagt er: „Der du bist im Himmel“. Und im *Psalms* heißt es: „Zu dir habe ich meine Augen erhoben, der du im Himmel wohnst“ (*Ps* 123 [122],1).

1035. – [1] Diese Worte aber sind vor allem bezogen auf die Vorbereitung des Betenden; [...] so daß „im Himmel“ bedeutet: „in der himmlischen Herrlichkeit“ [...]. Und diese Vorbereitung muß geschehen durch die Nachahmung der Himmlischen; denn der Sohn muß den Vater nachahmen. Darum heißt es im *1. Korintherbrief*: „Wie wir das Bild des Irdischen an uns getragen haben, so laßt uns auch das Bild des Himmlischen an uns tragen“ (*1 Kor* 15,49).

[2] Die Vorbereitung vollzieht sich ferner in der Betrachtung der himmlischen Dinge; denn die Menschen pflegen ihre Gedanken häufig dahin zu richten, wo ihr Vater ist und was sie sonst lieben („Wo dein Schatz ist, da ist auch dein Herz“, *Mt* 6,21); darum sagt der Apostel: „Unser Wandel ist im Himmel“ (*Phil* 3,20).

[3] Endlich bereitet sich der Mensch zum Gebete durch die Hinwendung des Willens auf die himmlischen Dinge, so daß wir von ihm, der im Himmel ist, nichts als Himmlisches erbitten gemäß dem Worte: „Was oben ist, suchet, wo Christus ist“ (*Kol* 3,1) [...].

1. Geheiligt werde dein Name

1044. – Dieses ist die erste Bitte, in welcher wir erbitten, daß sein Name in uns offenbar und deutlich werden möge.

[1] Es ist aber der Name Gottes erstlich wunderbar, weil er in allen Geschöpfen Wunderbares wirkt. Darum sagt der Herr im Evangelium: „In meinem Namen werden sie Teufel austreiben“ und so fort (*Mk* 16,18). [...]

1045. – [2] Secundo est amabile. *Act.* IV,12: “Non est aliud nomen datum sub caelo in quo oporteat nos salvos fieri.” Salus autem est ab omnibus diligenda. [...]

1046. – [3] Tertio est venerabile. Apostolus, *Phil.* II,10: “Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum.” “Caelestium” quantum ad Angelos et beatos; “terrestrium” quantum ad mundanos, qui hoc faciunt ex amore adipiscendae gloriae vel timore fugiendae poenae; et “infernorum” quoad damnatos, qui hoc faciunt ex timore.

1047. – [4] Quarto inexplicabile, quia a narratione eius deficiunt omnes linguae. Et ideo explicatur aliquando per creaturas. Unde dicitur [...] ignis ratione purificationis: quia sicut ignis metalla purificat, ita Deus purificat corda peccatorum: unde *Deut.* IV,24: “Deus tuus ignis consumens est.”

Item lux ratione illuminationis: quia sicut lux illuminat tenebras, ita nomen Dei illuminat tenebras mentis. *Psal.* XVII,29: “Deus meus, illumina tenebras meas.”

1048. – Unde istud nomen petimus manifestari, ut cognoscatur, et teneatur sanctum. [...]

2. Adveniat regnum tuum

1054. – Secundo regnum caelorum dicitur gloria Paradisi. Nec mirum: nam regnum nihil aliud dicitur nisi regimen. Ibi autem est optimum regimen ubi nihil invenitur contra voluntatem regentis. Voluntas autem Dei est salus hominum, quia vult homines salvos fieri; et hoc potissime erit in Paradiso, ubi nihil erit salutis hominum repugnans. *Matth.* XIII,41: “Auferentur de regno eius omnia scandala.” In mundo autem isto sunt multa contra salutem hominum. Cum ergo petimus: “Adveniat regnum tuum”, oramus, ut simus participes regni caelestis et gloriae Paradisi.

1045. – [2] Der Name Gottes ist ferner der Liebe würdig. „Es ist uns unter dem Himmel kein anderer Name gegeben, in welchem wir gerettet werden könnten“ (*Apg* 4,12); das Heil aber muß von allen geliebt werden. [...]

1046. – [3] Der Name Gottes ist drittens verehrungswürdig: „Im Namen Jesu sollen sich beugen die Knie derer, die im Himmel, auf der Erde und unter der Erde sind“ (*Phil* 2,10). „Die im Himmel“: das sind die Engel und Seligen; „die auf der Erde“ beugen ihre Knie aus Liebe zu der erwarteten Herrlichkeit oder aus Furcht vor Strafe; die Verdammten tun dies aus Furcht.

1047. – [4] Der Name Gottes ist viertens unausdeutbar; denn ihn auszusprechen versagen alle Sprachen. Und doch wird er manchmal durch geschöpfliche Bilder verdeutlicht [...]. Er wird „Feuer“ genannt wegen seiner reinigenden Kraft; denn wie das Feuer die Metalle reinigt, so reinigt Gott die Herzen der Sünder. Darum ist gesagt: „Dein Gott ist ein verzehrendes Feuer“ (*Deut* 4,24). Er wird „Licht“ genannt wegen seines Leuchtens; denn wie das Licht die Dunkelheit hell macht, so erleuchtet der Name Gottes die Finsternis des Geistes: „Mein Gott, erleuchte meine Finsternis“ (*Ps* 17,29).

1048. – Darum bitten wir, dieser Name möge sich offenbaren, damit er erkannt und heilig gehalten werde. [...]

2. Zu uns komme dein Reich

1054. – Zum zweiten bedeutet das Reich des Himmels die Herrlichkeit des Paradieses, und das ist nicht verwunderlich. Denn „Reich“ besagt nichts anderes als „Herrschaft“; dort aber ist Herrschaft im höchsten Sinne, wo nichts sich findet, was dem Willen des Herrschers widerspricht. Der Wille Gottes aber ist das Heil der Menschen, denn er will, daß alle Menschen gerettet werden; und dies ist am meisten im Paradiese verwirklicht, wo nichts sein wird, was dem Heil der Menschen widerstreitet: „Von seinem Reiche werden hinweggenommen werden alle Ärgernisse“ (*Mt* 13,41). In dieser Welt aber ist vieles dem Heile der Menschen entgegen. Wenn wir also beten „Zu uns komme dein Reich“, dann bitten wir, daß wir teilhaben mögen am himmlischen Reich und an der Herrlichkeit des Paradieses.

1055. – Quod quidem regnum est valde desiderandum propter tria.

[1] Primum propter summam iustitiam quae est in eo. *Isai.* LX,21: „Populus tuus omnes iusti.“ Hic enim mali sunt mixti bonis; sed ibi nullus malus erit, et nullus peccator.

1056. – [2] Item propter perfectissimam libertatem. Hic enim non est libertas, quanquam omnes naturaliter desiderent eam; sed ibi erit omnimoda libertas contra omnem servitutem. *Rom.* VIII,21: „Ipsa creatura liberabitur a corruptione.“ Et non solum erunt ibi omnes liberi, sed erunt reges: *Apoc.* V,10: „Fecisti nos Deo nostro regnum.“ Cuius ratio est, quia omnes erunt eiusdem voluntatis cum Deo, et Deus volet quidquid sancti volent, et sancti quidquid Deus voluerit: unde cum voluntate Dei fiet voluntas eorum. Et ideo omnes regnabunt, quia omnium voluntas fiet, et Dominus erit corona omnium. *Isai.* XXVIII,5: „In die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, et sertum exultationis residuo populi sui.“

1057. – [3] Item propter mirabilem affluentiam. *Isai.* LXIV,4: „Oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti expectantibus te.“ *Psal.* CII,5: „Qui replet in bonis desiderium tuum.“

Et nota quod homo inveniet omnia in solo Deo excellentius et perfectius omni eo quod in mundo quaeritur. Si delectationem quaeris, summam invenies in Deo; si divitias, ibi omnem sufficientiam invenies, propter quam sunt divitiae; et sic de aliis. Augustinus, in *Confess.*: „Anima cum fornicatur abs te, quaerit extra te, quae pura et limpida non invenit, nisi cum redit ad te.“¹

¹ Augustinus, *Confessiones* II 14 (CCL 27,24,44f).

1055. – Dieses Reich aber muß man sehr ersehnen.

[1] Zunächst wegen der höchsten Gerechtigkeit, die in ihm Wirklichkeit ist: „Dein Volk sind nur Gerechte“ (*Jes* 60,21). Hier auf Erden sind Böse und Gute zusammen; dort aber wird es keinen bösen Menschen und keinen Sünder geben.

1056. – [2] Weiter: wegen der vollkommensten Freiheit. Hier auf Erden gibt es keine Freiheit, obwohl alle Menschen naturhaft danach verlangen; dort aber wird Freiheit sein in allem, gegen jegliche Knechtschaft. „Die Schöpfung selbst wird von der Knechtschaft der Verderbnis erlöst werden und die herrliche Freiheit der Söhne Gottes erlangen“ (*Röm* 8,21). Die Menschen aber werden dort nicht nur frei sein, sondern sie werden Könige sein: „Du hast uns zu einem Königtum gemacht unserem Gotte“ (*Offb* 5,10). Das ist so zu verstehen, daß alle gleichen Willens sein werden mit Gott; Gott wird wollen, was die Heiligen wollen, und die Heiligen, was immer Gott will; so geschieht mit dem Willen Gottes auch ihr eigener Wille, und darum herrschen alle als Könige, weil der Wille aller geschehen wird; die Krone von allen aber wird der Herr sein. „An jenem Tage wird der Herr der Heerscharen die Krone der Herrlichkeit sein und der Kranz des Schmuckes dem Reste seines Volkes“ (*Jes* 28,5).

1057. – [3] Das Königtum bedeutet desgleichen den wunderbaren Überfluß: „Kein Auge hat es gesehen, o Gott, außer dir, was du denen bereitet hast, die auf dich warten“ (*Jes* 64,4). „In der Überfülle der Güter wird er deine Sehnsucht stillen“ (*Ps* 103 [102],5).

In Gott allein wird der Mensch alle Dinge finden, vollkommener und vorzüglicher als alles, wonach man in der Welt verlangen kann. Wenn du Lust suchst, in Gott wirst du höchste Lust finden. Wenn du Reichtum suchst, dort wirst du volles Genügen finden, um dessentwillen Reichtum gesucht wird. Und so ist es mit allem übrigen. „Wenn die Seele Unzucht treibt fern von dir, dann sucht sie etwas, was sie rein und klar nicht finden wird, wenn sie nicht zurückkehrt zu dir“ (Augustinus).

3. Fiat voluntas tua sicut in caelo, et in terra

1063. – [...] A) Primum quidem quod Deus vult de nobis, est quod nos habeamus vitam aeternam. Quicumque enim facit aliquid propter aliquem finem, vult de illa re illud pro quo facit eam. Deus autem fecit hominem, sed non pro nihilo: quia, sicut dicitur in *Psal.* LXXXVIII,48: „Numquid vane constituisti omnes filios hominum.“ Fecit ergo homines propter aliquid, sed non propter voluptates, quia et bruta habent eas, sed ut habeant vitam aeternam. Vult ergo Dominus ut homo habeat vitam aeternam.

1065. – B) Alia voluntas Dei de nobis est ut servemus mandata eius. Quando enim aliquis desiderat aliquid, non solum vult illud quod desiderat, sed omnia per quae venitur ad illud; sicut medicus ut consequatur sanitatem, vult etiam dietam et medicinam et huiusmodi.

Deus autem vult ut habeamus vitam aeternam. *Matth.* XIX,17: „Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.“ Vult ergo ut servemus mandata. [...] Sic ergo cum dicimus, „Fiat voluntas tua“, oramus ut impleamus mandata Dei.

1066. – Notandum autem, quod ex modo loquendi datur nobis doctrina. Non enim dicit, fac, nec etiam faciamus; sed dicit, „Fiat voluntas tua“: quia ad vitam aeternam duo sunt necessaria, scilicet gratia Dei et voluntas hominis; et licet Deus fecerit hominem sine homine, non tamen iustificat eum sine eo. Augustinus, [...]: „Qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te“², quia vult quod homo cooperetur. *Zach.* I,3: „Convertimini ad me, et ego convertar ad vos.“ [...] Non ergo praesumas de te, sed confidas de gratia Dei: nec negligas, sed adhibeas studium tuum: et ideo non dicit, faciamus, ne videretur quod nihil faceret gratia Dei; nec dicit, fac, ne videatur quod nihil faceret voluntas et conatus noster; sed dicit, „fiat“ per gratiam Dei, adhibito studio et conatu nostro. [...]

² Augustinus, *Sermo* 169,13 (PL 38,923).

3. Dein Wille geschehe wie im Himmel so auf Erden

1063. – [...] A) Das Erste, das Gott mit uns will, ist, daß wir das Ewige Leben haben sollen. Wenn einer ein Ding zu einem bestimmten Zweck macht, dann will er, daß dieses Ding jenen Zweck erreiche, zu dem er es gemacht hat. Gott aber hat den Menschen nicht um des Nichts willen gemacht, wie es im *Psalter* (89 [88],48) heißt: „Hast du etwa alle Menschenkinder vergebens geschaffen?“ Er hat also die Menschen zu einem bestimmten Ziel geschaffen; nicht aber wegen der Lust, wie auch die Tiere sie haben, sondern damit er das Ewige Leben habe. Es will also der Herr, daß der Mensch das Ewige Leben habe. [...]

1065. – B) Das andere, das Gott von uns will, ist: daß wir seine Gebote halten. Wenn einer etwas Bestimmtes ersehnt, dann will er nicht nur das, was er ersehnt, sondern alles, wodurch er zu jenem gelangt; wie auch der Arzt um der Gesundheit willen eine besondere Ernährungsweise und die Arznei und ähnliche Dinge will.

Gott aber will, daß wir das Ewige Leben haben sollen: „Wenn du in das Leben eingehen willst, dann halte die Gebote“ (*Mt* 19,17). Er will also auch, daß wir die Gebote halten. [...] Wenn wir also sprechen: „Dein Wille geschehe“, dann beten wir, daß wir seine Gebote erfüllen mögen. [...]

1066. – Hier ist weiter zu beachten, daß die besondere Art des Ausdrucks für uns eine Lehre enthält. Es heißt nicht: „Tu deinen Willen“, noch heißt es „Mögen wir deinen Willen tun“, sondern: „Es geschehe dein Wille“. Zwei Dinge sind zum Ewigen Leben notwendig: die Gnade Gottes und der Wille des Menschen. Wenn auch Gott den Menschen ohne den Menschen geschaffen hat, er rechtfertigt ihn nicht ohne ihn selbst. Augustinus sagt [...]: „Der dich ohne dich erschaffen hat, wird dich nicht ohne dich rechtfertigen“; er will, daß der Mensch mitwirke: „Wendet euch zu mir, so werde ich mich zu euch wenden“ (*Zach* 1,3). [...] du sollst dich also nicht überheben, sondern auf die Gnade Gottes vertrauen; aber du sollst nicht nachlässig sein, sondern deine ganze Kraft einsetzen. Darum ist nicht gesagt: „Mögen wir deinen Willen tun“, damit es nicht scheine, als tue die Gnade Gottes nichts; und es ist auch nicht gesagt: „Tu deinen Willen“, damit es nicht scheine, als tue unser Wille und unsere Anstrengung nichts. Sondern es heißt: „Es geschehe dein Wille“ durch die Gnade Gottes und durch unsere Bemühung zugleich. [...]

4. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie

1071. – Sciendum est autem, quod in tribus praecedentibus petitionibus petuntur spiritualia, quae hic inchoantur in hoc mundo, sed non perficiuntur nisi in vita aeterna.

[1] Cum enim petimus quod sanctificetur nomen Dei, petimus quod cognoscatur sanctitas Dei;

[2] cum vero petimus quod adveniat regnum Dei, petimus quod simus participes vitae aeternae;

[3] cum autem oramus quod fiat voluntas Dei, petimus quod compleatur voluntas eius in nobis;

quae omnia etsi inchoentur in hoc mundo, non tamen possunt haberi perfecte nisi in vita aeterna. Et ideo necessarium fuit aliqua petere necessaria quae perfecte possent haberi in vita praesenti. Et inde est quod Spiritus Sanctus docuit petere necessaria in vita praesenti, quae perfecte hic habentur: simul etiam ut ostendat quod etiam temporalia providentur nobis a Deo. Et hoc est quod dicit: „Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.“

1072. – In quibus quidem verbis docuit nos vitare quinque peccata quae consueverunt contingere ex desiderio rerum temporalium.

Primum peccatum est quod homo per immoderatum appetitum [...] petit ea quae statum et conditionem eius excedunt, non contentus his quae decent eum: [...]. Et hoc vitium retrahit homines a spiritualibus, in quantum nimis inhaeret eorum desiderium temporalibus. Hoc autem vitium docuit nos vitare Dominus, docens nos petere panem tantum, id est necessaria ad praesentem vitam secundum conditionem uniuscuiusque; quae omnia sub nomine panis intelliguntur. Unde non docuit delicata petere, non diversa, non exquisita, sed panem, sine quo vita hominis duci non potest, quia omnibus communis est. [...] Apostolus, *I Tim.* VI,8: „Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus.“

1074. – Tertium est superflua sollicitudo. Aliqui enim sunt qui nunquam sunt contenti de eo quod habent, sed semper plus volunt; quod quidem immoderatum est, quia desiderium debet moderari secundum necessitatem. *Prov.* XXX,8: „Divitias et paupertatem ne dederis mihi; sed tantum victui meo tribue necessaria.“

4. Unser tägliches Brot gib uns heute

1071. – In den vorangehenden drei Bitten beten wir um geistige Dinge, die zwar in dieser Welt ihren Anfang nehmen, aber erst im Ewigen Leben sich vollenden.

[1] Indem wir beten: „Geheiligt werde dein Name“, bitten wir, daß die Heiligkeit Gottes erkannt werden möge;

[2] indem wir beten: „Zu uns komme dein Reich“, bitten wir, daß wir des Ewigen Lebens teilhaft werden möchten;

[3] indem wir beten: „Dein Wille geschehe“, bitten wir, der Wille Gottes möge sich in uns erfüllen.

Wenngleich alle diese Dinge in dieser Welt zu sein anheben, so können sie doch nicht vollkommener Besitz werden außer im Ewigen Leben. Darum ist es notwendig, noch um einiges andere zu beten, das auch schon in diesem Leben vollkommen besessen werden kann. So lehrt uns der Heilige Geist beten um die notwendigen Dinge dieses Lebens; zugleich zeigt er uns damit, daß auch die zeitlichen Güter uns von der Fürsorge Gottes zuteil werden: „Unser tägliches Brot gib uns heute.“

1072. – Mit diesen Worten lehrt er uns vier [fünf] Fehler meiden, die sich gewöhnlich aus dem Verlangen nach zeitlichen Gütern ergeben.

Der erste Fehler liegt darin, daß der Mensch – ohne jedes Maß und unzufrieden mit dem, was ihm gebührt – sich Dinge wünscht, die über seinem Stande und über seinen Verhältnissen liegen [...]; und dadurch wird er zurückgehalten von den Dingen des Geistes, weil er sich allzu sehr an die zeitlichen hängt. Diesen Fehler lehrt uns der Herr meiden, indem er uns lehrt, nur um das Brot zu beten, das ist: um die Dinge, die gemäß dem Stande eines jeden zum Leben notwendig sind; sie alle werden unter dem Namen „Brot“ begriffen. Darum hat er nicht gelehrt, das Kostbare zu erbitten, nicht das Vielerlei und nicht das Auserlesene, sondern: das Brot, das allen Menschen gemeinsam zum Leben notwendig ist: [...] „Wenn wir Nahrung haben und Kleidung, so sind wir zufrieden“ (*I Tim* 6,8). [...]

1074. – Das dritte ist die überflüssige Sorge. Es gibt Menschen, die sind nie zufrieden mit dem, was sie haben, sondern wollen immer noch mehr; das ist Maßlosigkeit. Das Verlangen muß sich je nach der Notwendigkeit richten. „Gib mir weder Reichtum noch Armut, sondern das zum Leben Notwendige“ (*Spr* 30,8).

Et hoc monuit nos vitare, dicens: „Panem nostrum quotidianum“, idest unius diei, vel unius temporis. [...]

1076. – Quintum vitium est ingratitude. Nam cum aliquis ex divitiis superbit, et non recognoscit a Deo ea quae habet, hoc est valde malum: quia omnia quae habemus, sive spiritualia, sive temporalia, a Deo sunt. I *Paral.* XXIX,14: „Omnia tua sunt, de manu tua accepimus“. Ideo ad removendum hoc vitium, dicit: „Da nobis“, et „panem nostrum“, ut sciamus quod omnia nostra a Deo sunt. [...]

1079. – Invenitur quidem alius duplex panis: scilicet sacramentalis, et panis verbi Dei.

[1] Petimus ergo panem nostrum sacramentalem, qui quotidie in Ecclesia conficitur; ut sicut illud accipimus in sacramento, ita detur nobis ad salutem. *Ioan.* VI,51: „Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi.“ I *Cor.* XI,29: „Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.“

[2] Item alius panis est verbum Dei. *Matth.* IV,4: „Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.“ Petimus ergo ut det nobis panem, idest verbum suum. Ex hoc autem provenit homini beatitudo quae est fames iustitiae. Nam postquam spiritualia habentur, magis desiderantur; et ex hoc desiderio provenit fames, et ex fame satietas vitae aeternae.

5. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris

1082. – [...] A) Circa primum sciendum, quod ex hac petitione possumus duo colligere, quae necessaria sunt hominibus in vita ista.

[1] Unum est quod homo semper sit in timore et humilitate. Aliqui enim fuerunt ita praesumptuosi quod dicerent quod homo poterat vivere in mundo isto ita quod ex se poterat vitare peccata. Sed hoc nulli datum est, nisi soli Christo, qui habuit spiritum non ad mensuram, et beatae Virgini, quae fuit plena gratiae, in qua nullum peccatum fuit,

Diesen Fehler lehrt er uns meiden, indem er sagt: „Unser tägliches Brot“, das heißt, das Brot für einen Tag oder für eine bestimmte Zeit. [...]

1076. – Das vierte [fünfte] Übel ist die Undankbarkeit. Wenn einer durch seinen Reichtum hochmütig wird und nicht anerkennt, daß er ihn von Gott hat, so ist das ein großes Übel. Denn alles, was wir haben, Geistliches und Zeitliches, haben wir von Gott: „Alles ist dein Eigentum, das wir aus deiner Hand empfangen“ (1 *Chr* 29,14). Darum lehrt er uns beten: „Gib“ uns „unser“ Brot; damit wir wissen, daß alles Unsrige von Gott ist. [...]

1079. – Es gibt aber noch ein zweifaches Brot anderer Art: das Brot des Altarssakramentes und das Brot des Wortes Gottes.

Wir beten also um unser sakramentales Brot, das täglich in der Kirche bereitet wird, damit es uns zum Heile gesendet werde, wenn wir es im Sakramente empfangen. „Ich bin das lebendige Brot, das vom Himmel herabgekommen ist“ (*Joh* 6,51). „Wer dies unwürdig ißt und trinkt, der ißt und trinkt sich das Gericht“ (1 *Kor* 11,29).

Das andere Brot ist das Wort Gottes: „Der Mensch lebt nicht allein vom Brote, sondern von einem jeden Worte, das aus dem Munde Gottes kommt“ (*Mt* 4,4). Wir erbitten also, er möge uns das Brot seines Wortes geben. Daraus aber erwächst dem Menschen die Seligkeit, die im Hunger nach der Gerechtigkeit liegt. Denn wenn die Güter des Geistes zum Besitz geworden sind, dann werden sie um so mehr ersehnt; und aus diesem Verlangen wird Hunger, und aus dem Hunger erwächst die Sättigung des Ewigen Lebens.

5. Und vergib uns unsere Schulden, wie auch wir vergeben unsern Schuldnern

1082. – [...] A) Aus dieser Bitte können wir zunächst entnehmen, daß zwei Dinge dem Menschen notwendig sind in diesem Leben.

[1] Das eine ist, daß er ständig demütig und in Furcht sein muß. Es hat einige Irrlehrer gegeben, die so vermessen waren zu glauben, der Mensch könne in dieser Welt aus eigener Kraft ohne Sünde leben. Das aber ist niemandem gegeben außer Christus allein, in dem die Überfülle des Heiligen Geistes war, und der seligsten Jungfrau, die voll der Gnade und ohne jede Sünde gewesen ist;

sicut dicit Augustinus: „de qua“ scilicet Virgine „cum de peccatis agitur, nullam volo fieri mentionem“.³ Sed de aliis sanctis nulli concessum est quin ad minus veniale peccatum incurreret: *I Ioan.* 1,8: „Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.“

Et hoc etiam probatur per petitionem istam. Constat enim quod omnibus sanctis etiam hominibus, convenit dicere: „Pater noster“, in quo dicitur: „Dimitte nobis debita nostra.“ Ergo omnes recognoscunt et confitentur se peccatores vel debitores. Si ergo peccator es, debes timere et humiliari.

1083. – Aliud est quod semper vivamus in spe: quia licet simus peccatores, non debemus desperare, ne desperatio ducat nos ad maiora et diversa peccata, sicut dicit apostolus, *Ephes.* IV,19: „Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis.“ Ergo multum est utile quod semper speremus: quia quantumcumque homo sit peccator, debet sperare quod Deus, si perfecte conteratur et convertatur, dimittet ei. Haec autem spes firmatur in nobis cum petimus: „Dimitte nobis debita nostra“. [...]

1088. – C) Circa tertium sciendum, quod ex parte nostra requiritur ut nos dimittamus proximis nostris offensas factas nobis. Unde dicitur: „sicut et nos dimittimus debitoribus nostris“: aliter Deus non dimitteret nobis. *Eccli.* XXVIII,3: „Homo homini servat iram, et a Deo quaerit medelam.“ *Luc.* VI,37: „Dimitte et dimittimini.“ Et ideo solummodo in ista petitione ponitur conditio, cum dicitur: „sicut et nos dimittimus debitoribus nostris“. Si ergo non dimittis, non dimittetur tibi. [...]

1091. – Sed sciendum, quod duobus modis dimittitur.

[1] Unus est perfectorum, ut scilicet offensus requirat offendentem. *Psal.* XXXIII,15: „Inquire pacem“.

[2] Alius est communiter omnium, ad quem tenentur omnes, ut scilicet petenti veniam tribuat. *Eccli.* XXVIII,2: „Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur.“ [...]

³ Vgl. Augustinus, *De natura et gratia* 42 (CSEL 60,263).

Augustinus sagt: „Wo ich von der Sünde spreche, da will ich kein Wort über diese Jungfrau sagen.“ Keinem Heiligen sonst aber ist es vergönnt gewesen, nicht wenigstens in läßliche Sünde zu fallen. „Wenn wir sagen, wir haben keine Sünde, dann betrügen wir uns selbst, und die Wahrheit ist nicht in uns“ (*1 Joh* 1,8).

Und das bestätigt uns diese Bitte des Herrengebets. Denn es ist gewiß, daß es allen Menschen, auch den Heiligen, ansteht, das Vaterunser zu sprechen, in dem es heißt: „Vergib uns unsere Schulden“; und also erkennen und bekennen sich alle als Schuldner, das heißt als Sünder. Wenn du aber ein Sünder bist, dann mußt du demütig und in Furcht sein.

1083. – [2] Das andere ist, daß wir immer in der Hoffnung leben müssen. Wenn wir auch Sünder sind, dürfen wir doch nicht verzweifeln, damit nicht die Verzweiflung uns zu noch größeren Sünden führe, wie der Apostel sagt: „In ihrer Verzweiflung überlieferten sie sich selbst der Unzucht“ (*Eph* 4,19). Es ist also sehr von Nutzen, daß wir immer hoffen; denn wenn der Mensch auch noch so sehr Sünder ist, er muß dennoch hoffen, daß Gott ihm verzeiht, wenn er vollkommen bereut und umkehrt. Diese Hoffnung aber bestärkt in uns die Bitte: „Vergib uns unsere Schulden“. [...]

1088. – C) Endlich ist von uns gefordert, daß wir unseren Nächsten die Beleidigungen verzeihen, die sie uns angetan haben. Darum ist gesagt: „wie auch wir vergeben unsern Schuldnern“; sonst würde Gott auch uns nicht vergeben. „Der Mensch zürnt dem Menschen, und doch erbittet er von Gott Rettung?“ (*Sir* 28,3); „Vergebet, und es wird euch vergeben werden“ (*Lk* 6,37). Es wird darum nur in jener Bitte die Bedingung hinzugefügt: wenn du nicht vergibst, wird auch dir nicht vergeben werden. [...]

1091. – Es gibt aber zwei Weisen der Verzeihung.

[1] Die eine ist die Weise der Vollkommenen: daß der Beleidigte den Beleidiger aufsucht, wie es im Psalter heißt: „Mach dich auf die Suche nach dem Frieden!“ (*Ps* 34 [33],15).

[2] Die andere Weise ist die gewöhnliche für jedermann; zu ihr sind auch alle verpflichtet: nämlich dem zu verzeihen, der um Verzeihung bittet. „Vergib deinem Nächsten, wenn er dir schadet; dann werden auch dir, wenn du darum bittest, deine Sünden verziehen werden“ (*Sir* 28,2). [...]

6. Et ne nos inducas in tentationem

1093. - [...] tentare nihil aliud est quam experiri seu probare: unde tentare hominem est probare virtutem eius.

Experitur autem seu probatur virtus hominis dupliciter, secundum quod duo exigit hominis virtus. [1] Unum pertinet ad bene operandum, scilicet quod bene operetur; [2] aliud est quod caveat a malo [...].

[1] Probatur ergo virtus hominis quandoque quantum ad hoc quod bene facit, quandoque vero quantum ad hoc quod cesset a malo. Quantum ad primum probatur homo utrum inveniatur promptus ad bonum, ut ad ieiunandum et huiusmodi. Tunc enim est virtus tua magna quando promptus inveniris ad bonum. Et hoc modo Deus probat aliquando hominem; non quod lateat eum virtus hominis, sed ut eam omnes cognoscant, et detur omnibus in exemplum. Sic tentavit Deus Abraham [...], et Iob. Et ideo Deus saepe immittit tribulationes iustis, ut dum patienter sustinent, appareat virtus eorum, et in virtute proficiant. *Deut.* XIII,3: "Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum, an non." Sic ergo Deus tentat provocando ad bonum.

1094. - [2] Quantum ad secundum probatur virtus hominis per inductionem ad malum. Et si bene resistit, et non consentit, tunc virtus hominis magna est; si vero homo succumbit tentationi, tunc virtus hominis nulla est. Hoc autem modo nullus tentatur a Deo: quia, sicut dicitur *Iac.* I,13: "Deus intentator malorum est: ipse autem neminem tentat." Sed tentatur homo a propria carne, a Diabolo, et a mundo. [...]

1099. - [...] Circa quod sciendum est, quod Christus docet nos rogare non ut non tentemur, sed ut non inducamur in tentationem. Nam si homo vincit tentationem, meretur coronam; et ideo dicitur *Iac.* I,2: "Omne gaudium existimate, fratres cum in tentationes varias incideritis." *Eccli.* II,1: "Fili, accedens ad servitutum Dei [...] praepara animam tuam ad tentationem." Item *Iac.* I,12: "Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae." Et ideo docet petere ut non inducamur in tentationem per consensum. [...]

6. Und führe uns nicht in Versuchung

1093. - [...] „Versuchen“ besagt dasselbe wie „prüfen“, „erproben“. Den Menschen versuchen heißt aber seine Tugend erproben.

Es wird aber die Tugend des Menschen auf zweifache Weise erprobt oder geprüft, gemäß dem zweifachen Erfordernis der menschlichen Tugend. [1] Das eine bezieht sich auf das Gutes des Guten, [2] das andere auf die Meidung des Bösen. [...]

[1] Im ersten Fall wird der Mensch daraufhin geprüft, ob er schnell bereit ist zum Guten, etwa zum Fasten und ähnlichen Dingen; dann nämlich ist deine Tugend groß, wenn du schnell bereit bist zum Guten. Auf diese Weise erprobt Gott zuweilen den Menschen; nicht als sei die Tugend des Menschen vor ihm verborgen, sondern damit alle sie erkennen und damit allen ein Beispiel gegeben werde. So hat Gott den Abraham versucht [...] und den Ijob. Und darum schickt Gott den Gerechten oftmals Drangsal, damit in der geduldigen Hinnahme ihre Tugend offenbar werde und sie selbst in der Tugend fortschreiten: „Es versucht euch der Herr, euer Gott, damit es offenbar werde, ob ihr ihn liebt oder nicht“ (*Dtn* 13,3). So also versucht Gott, indem er zum Guten aufruft.

1094. - [2] In dem andern Sinne wird die Tugend des Menschen erprobt durch die Hinführung zum Bösen: wenn er standhaft widersteht und nicht zustimmt, dann ist die Tugend des Menschen groß; wenn er aber der Versuchung unterliegt, dann ist die Tugend des Menschen nichtig. Auf solche Weise wird niemand von Gott versucht; denn, wie es im *Jakobus-Brief* heißt (1,13), „Gott kann zum Bösen nicht versucht werden, und er versucht auch selbst niemand“. Sondern der Mensch wird versucht von der eigenen Sinnlichkeit, vom Teufel und von der Welt. [...]

1099. - [...] Dazu ist zu bedenken, daß Christus nicht lehrt zu beten, daß wir nicht versucht werden möchten, sondern daß wir nicht in Versuchung fallen. Wenn nämlich der Mensch die Versuchung besiegt, dann erwirbt er sich die Krone. Darum heißt es in der Schrift: „Haltet es für lauter Freude, meine Brüder, wenn ihr in mancherlei Prüfungen geratet“ (*Jak* 1,2); „Mein Sohn, wenn du hintrittst zum Dienste Gottes [...], bereite deine Seele vor auf die Versuchung“ (*Sir* 2,1); „Selig der Mann, der die Versuchung besteht; hat er sich bewährt, so wird er die Krone des Lebens empfangen“ (*Jak* 1,12). Darum lehrt uns der Herr, zu beten, daß wir nicht durch Zustimmung des Willens in die Versuchung fallen. [...]

1100. – Sed nunquid Deus inducit ad malum, quia dicit: “Et ne nos inducas in tentationem?”

Dico, quod Deus dicitur inducere ad malum permittendo, in quantum scilicet propter multa peccata subtrahit homini gratiam suam, qua sublata homo labitur in peccatum: et ideo cantamus in *Psalmo* LXX,9: “Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me Domine.” Regit autem hominem ne inducatur in tentationem per fervorem caritatis: quia quaelibet caritas quantumcumque parva, potest resistere cuilibet peccato. *Cant.* VIII,7: “Aequae multae non potuerunt extinguere caritatem.” Item per lumen intellectus, quo instruit nos de agendis: quia, sicut dicit Philosophus, omnis peccans est ignorans.⁴ [...] Hoc autem petebat David, qui dicebat, *Psal.* XII,4-5: “Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, praevalui adversus eum.” [...]

7. Sed libera nos a malo. Amen.

1102. – Supra docuit nos Dominus petere veniam peccatorum, et quomodo possumus vitare tentationes: hic vero docet petere praeservationem a malis. Et haec petitio est generalis contra omnia mala; scilicet peccata, infirmitates et afflictiones, sicut dicit Augustinus.⁵ Sed quia de peccato et tentatione dictum est, dicendum est de aliis malis, scilicet adversitatibus et afflictionibus omnibus huius mundi; a quibus Deus liberat quadrupliciter.

[1] Primo ne superveniat afflictio. Sed hoc raro contingit: quoniam sancti in mundo isto affliguntur, quia, ut dicitur II *Tim.* III,12: “Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur.” Sed tamen alicui Deus concedit aliquando ut non affligatur a malo; quando scilicet cognoscit eum impotentem, et non posse resistere; sicut medicus infirmo debili non dat violentas medicinas. *Apoc.* III,8: “Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem.” In patria autem erit generale hoc, quia nullus affligetur ibi. [...]

⁴ Vgl. Aristoteles, *Nikomachische Ethik* III 2 (1110b28).

⁵ Vgl. Augustinus, *Epistula* 130 (CSEL 44,64, Z. 12-15).

1100. – Wie aber kann denn Gott zum Bösen hinführen? Denn es ist ja gesagt: „Und führe uns nicht in Versuchung.“

Darauf ist zu antworten: Gott führt, durch Zulassung, zum Bösen hin; Er entzieht um der Menge der Sünden willen dem Menschen seine Gnade, und dann gleitet der Mensch in die Sünde ab; darum singen wir im *Psalm* 71 (70),9: „Wenn meine Tugend versagt, verlaß mich nicht, o Herr.“ Gott leitet aber den Menschen, damit er nicht in Versuchung fällt: durch die Inbrunst der Liebe; denn jede Liebe, wie gering sie auch sei, vermag der Sünde zu widerstehen: „Viele Wasser können die Liebe nicht auslöschen“ (*Hld* 8,7). Desgleichen durch das Licht der Einsicht, durch das er uns darüber unterrichtet, was wir tun sollen; denn, wie der Philosoph sagt, jeder, der sündigt, ist im Irrtum. [...] Dies aber erbat sich David, indem er sagte: „Erleuchte meine Augen, damit ich niemals des Todes entschlafe und nicht einst mein Feind spreche: Ich habe ihn besiegt“ (*Ps* 13 [12],4f). [...]

7. Sondern erlöse uns von dem Übel. Amen

1102. – Zuvor hat uns der Herr gelehrt, die Verzeihung der Sünden zu erbitten und wie wir die Versuchungen meiden können: hier lehrt er uns beten um die Bewahrung vor dem Übel. Diese Bitte geht ganz allgemein auf jegliches Übel: auf Sünde, Krankheiten und Drangsal, wie Augustinus sagt. Weil aber von der Sünde und der Versuchung schon gesprochen wurde, bleibt noch zu reden über die anderen Übel, über alles Unglück und alle Drangsale dieser Welt. Davon erlöst uns Gott auf vierfache Weise.

[1] Zunächst so, daß dem Menschen die Drangsal erspart bleibt; das aber geschieht sehr selten, weil sogar die Heiligen in dieser Welt Drangsal zu leiden haben („Alle, die in Christus Jesus gotthingegeben leben wollen, müssen Verfolgung leiden“, 2 *Tim* 3,12). Und doch gestattet Gott es manchmal, daß ein Mensch nicht von Übel bedrängt wird, dann nämlich nicht, wenn er sieht, daß jener zu schwach ist und nicht widerstehen kann; so gibt auch der Arzt dem Kranken, wenn er zu schwach ist, keine gewaltsame Arznei. „Siehe, ich habe vor dir eine Türe geöffnet, die niemand schließen kann, denn du besitzest nur geringe Kraft“ (*Offb* 3,8). Im Himmel aber wird dies ganz allgemein so sein; dort wird niemand Drangsal erleiden. [...]

1103. – Secundo liberat quando in afflictionibus consolatur. Nam nisi Deus consolaretur, non posset homo subsistere. [...] II *Cor.* VII,6: "Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus." *Psal.* XCIII,19: "Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae laetificaverunt animam meam." [...]

1105. – Quarto quia tentatio et tribulatio convertitur in bonum: et ideo non dicit, "Libera nos" a tribulatione, sed "a malo": quia tribulationes sunt sanctis ad coronam; et inde est quod gloriantur de tribulationibus. Apostolus, *Rom.* V,3: "Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur." *Tob.* III,13: "In tempore tribulationis peccata dimittis." Liberat ergo Deus hominem a malo et tribulationibus, eas in bonum convertendo; quod est signum maximae sapientiae, quia sapientis est malum ordinare in bonum; et hoc fit per patientiam, quae habetur in tribulationibus. Ceterae vero virtutes bonis utuntur, sed patientia malis; et ideo solum in malis, idest in adversitatibus, est necessaria: *Prov.* XIX,11: "Doctrina viri per patientiam noscitur." [...]

1107. – "Amen" est confirmatio universalis omnium petitionum.

1103. – [2] Ferner so, daß Gott den Menschen im Unglück tröstet; denn, wenn Gott nicht tröstete, könnte der Mensch nicht durchhalten. [...] „Aber der die Demütigen tröstet, er hat uns getröstet: Gott.“ (2 *Kor* 7,6); „Gemäß der Überzahl meiner Leiden in meinem Herzen haben deine Tröstungen meine Seele erfreut“ (*Ps* 94 [93],19). [...]

1105. – [4] Viertens verwandelt sich die Versuchung und die Drangsal in Gutes. Und darum ist nicht gesagt: „Befreie uns von der Drangsal“, sondern: „Erlöse uns von dem Übel“: denn die Drangsal wird den Heiligen zur Krone, und darum rühmen sie sich ihrer Drangsal. „Und nicht nur das: wir rühmen uns sogar der Trübsal, weil wir wissen, daß die Trübsal Geduld bewirkt, die Geduld Bewährung, die Bewährung Hoffnung: die Hoffnung aber kann nicht trügen“ (*Röm* 5,3ff); „Zur Zeit der Drangsal vergibst du die Sünden“ (*Tob* 3,13). So erlöst Gott den Menschen vom Übel und von der Drangsal, indem er sie zum Guten wendet. Das ist ein Zeichen höchster Weisheit; denn es ist das Amt des Weisen, das Böse auf das Gute hinzuordnen. Dies aber geschieht durch die Geduld, die in der Drangsal sich bewährt. Die anderen Tugenden bedienen sich des Guten, die Geduld aber des Übels; und darum ist sie im Übel, das ist im Unglück, vonnöten: „Die Weisheit eines Mannes erweist sich in der Geduld“ (*Spr* 19,11). [...]

1107. – Das „Amen“ ist die zusammenfassende Bekräftigung allen Betens.

(Übersetzung: Josef Pieper, Auswahl: Hanns-Gregor Nissing)